Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et erat docens cotidie in templo. Principes autem sacerdotum et scribe et principes plebis querebant illum perdere: et non inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

sed obsequio gratiam tantum ad usum sacerdotalis informat. **Cyrillus** Erat autem multitudo in templo multitudo mercatorum qui vendebant alia in ritu legis immolanda in holocaustis. Quia iam aderat tempus deserendi umbram et refulgendi novo christi veritatem. Ob hoc christus qui cum patre simul colebatur in templo, iussit ritus corrigi legis, fieri non templum pluri decorum domum. Unde subditur: Dicens illis: Scriptum est quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. **Greg.** Qui enim ad accipienda munera in templo residebant, quia quibusdam non dantibus lesiones exquirerent dubium non erat. **Theophil.** Hoc autem dominus fecit in principio predicationis sue sicut narrat Iohannes: et nunc iterum fecit, quod ad maiorem condemnationem eorum redundat, qui non post admonitionem castigantur. **Aug.** Mystice autem templum ipsum hominem christi intelligas vel est adiuncto corpori eius quod est ecclesia. Secundum autem id quod est caput ecclesie dictum est: Solvite templum hoc: et in triduo suscitabo illud. Secundum id vero quod est adiuncta ecclesia intelligitur templum in quo dixisse: Auferte ista hinc et cetera. Significat enim futuros in ecclesia qui sua negotia potius agerent vel receptacula haberent ad occultanda scelera sua: quam ut caritatem christi sectarentur et peccatorum confessione accepta venia corrigerentur. **Greg.** Redemptor noster predicationis verba nec indignis nec ingratis subtrahit. Unde postquam rigorem discipline eiciendo perversos tenuit: donum sue gratie ostendit. Nam subditur: Et erat docens cotidie in templo. **Cyrillus** Docebat autem ex hiis que dixerat et fecerat eum adorare ut deum. Sed ipsi nequaquam hoc facientes querebant eum occidere. Sequitur enim: Principes autem sacerdotum et scribe et principes plebis querebant illum perdere. **Beda.** Vel quia cotidie docebat in templo. Vel latrones eiecerat de templo. Vel quia venientem illuc quasi regem et dominum a cedentium turba laudem hymni celestis accepit. **Cyrill.** Sed populus gratiorem maiorem accepit de christo quam scribe et pharisei et principes iudeorum. Qui fidem christi non acceptantes alios impediebant. Unde sequitur: Et non inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum. **Beda.** Quod duobus modis potest intelligi: quia vel timentes populi tumultum non inveniebant quid facerent ihesu quem perdere disposuerant: vel idem ihesum perdere querebant: quia suo magisterio inspecto plebes ad eum audiendum confluere cernebant. **Greg.** Mystice autem sicut templum dei in civitate est: ita in plebe fideli vita religiosorum. Et sepe non nulli religionis habitum sumunt: et dum sacrorum ordinum locum percipiunt: sacre religionis officium in commercium terrene negotiationis trahunt. Vendentes quippe in templo sunt: qui hoc quod quibusdam iure competit: ad pretium largiuntur.